

.lxxv. OMELIA<sup>1</sup> IN NATALE UNIUS CONFESSORIS .

Ad sancti ac beatissimi istius patris nostri cuthberti . cuius hodie  
festa celebramus fratres karissimi . laudes addidisse aliquid boni  
decerpsisse est ; atque deducere . Uirtutum `enim` eius gratia non sermo  
nibus exponenda sit . sed operibus quidem comprobanda . Sicut  
dicit scriptura . Gloria patris . est filius sapiens . Quante  
igitur huius patris sunt glorię ; qui tantorum filiorum sapientia  
et deuotione letatur . in christo enim iesu . per euangelium ipse nos  
genuit deo . in unitate spiritus sancti . Quicquid igitur in hac sancta ple  
be potest esse . uirtutis et gratię ; de hoc quasi quodam fonte  
lucidissimo ; omnium riuulorum puritas emanauit . Etenim  
qui castitatis pollebat uigore . quia abstinentiae gloria  
batur angustiis . quia blandimentis erat preditus lenitatis ;  
omnium ciuium in deum prouocauit affectum . Quia confessoris  
amministratione refulsit ; plures e discipulis reliquit .  
sui sacerdotii successores<sup>2</sup> . Bene autem et congrue in hac  
die<sup>3</sup> quam nobis beati patris nostri cuthberti huius ad paradisum  
transitus exultabilem reddit . presentis psalmi uersiculum  
decantauimus decentes . In memoria aeterna erit iustus .  
Digne enim in memoriam uertitur hominum . qui ad gaudium  
transiit angelorum . Qui iam gratiam christi clarificatus inue  
nit . quia mundi gloriam non quesiuist ; cauens illud quid dicit  
sermo diuinus . Ne laudaueris hominem in uita sua . tam  
quam si diceret . Lauda post uitam . magnifica post con  
summationem . Duplici enim ex causa utilius est . hominvm  
/151v/ magis memoriae laudem dare quam uitae ; et illum potissi  
mum illo in tempore per merita sanctitatis extollas . Quan  
do nec laudantem adulatio nocet . nec laudatum temptet  
elatio . Lauda ergo post periculum . predica securum .

Lauda nauigandis felicitatem sed cum peruererit ad portvm .  
Lauda ducis uirtutem sed cum perductus sit ad triumphum .  
Quis autem uiuens tunc possit sine trepidatione lauda  
ri? qui et de preterito meminit se habere quod doleat ;  
et de futuro uidet sibi superesse quod timeat . Quis ergo  
homo in hoc corpusculu positus ; debeat sibi quic  
quam in hac uita uindicare demeretis . Quorum iterum  
uitae . occultata doemonum infestatio uelut latronum  
obsidet multitudo . Quibus per omnes uias supplanta  
tores inusi animarum laqueos tendunt . Innume  
rabilium mortibus expauescendos maxime autem  
nobis nauigantibus . per hoc mare magnum et spatio  
sum . In quo reptilia quorum non est numerus . ani  
malia pusilla et magna . id est diuersa genera  
inimicorum sunt . qui secundum nostrarum uirium quan  
titatem . compensato nobiscum agone luctantur . In huius  
itaque mundi pelago de uoluptatibus nobis ualde per  
timescendum est . ne nauem nostram aut procella tempesta  
tis abripiat . aut fluctus obsorbeat . aut in aeternam  
predam occulta crudilitas<sup>4</sup> abducat . Aduersus ergo  
haec multiformis seculi mala fratres karissimi . castigatis et castis  
actibus resistamus . et beati huius patris nostri merita iam  
intutum posita . securi magnificemur . Qui guber  
naculum fidei uirilem tenens . anchoram certe spei  
/152r/ tranquilla iam in statione composuit . et plenam iam cae  
lestibus diuiniis et aeternis mercibus nauem . optato in littore  
collocauit . et qui contra omnes aduersarios scutum fidei et  
timoris domini . Tam diu infatigabiliter tenuit . donec ad  
uictoram perueniret . Sicut enim aliquis magnus pater  
familias splendidissime cupiens pingere domum suam  
perquirit formas quasque . quas ante studiosi pictoris

proponat conspectum . et pictor ille figuris diligenter in  
spectis . in artis suę meritum sollicitus rapiat opus  
alienum . et docta iam manu cito tranferat in parie  
tis nitidi faciem . personarum uiuentium dignitatem ; ita ille  
uerus pater huius familie deus noster . ad pingendam do  
mum suam id est ad exornandas animas nostras in ecclesiam  
suam curam maxime gerens . Uidetur mihi huic loco  
quędam uidendi tamquam pingendi . exempla uiri illius  
gesta ac merita protulisse et demonstrasse ad impri  
mendam atque ad inserendam imaginem suam paulis  
per in cordibus uestris . Iuxta hęc exempla fratres karissimi ani  
marum nostrarum uultibus . cito illius uiri uirtutum unus  
quisque nostram tam pretiosos super ducamus colores . quos  
ille de donis dei sibi congregauit . Alter gratiam  
humilitatis et alius donum caritatis . Alter pigmentum  
candidissimum nitidę castitatis . ille abstinentię uir  
tutem . iste uerecundie custodiam . ille ardentem  
in dei rebus fidem . Atque hoc modo spiritalia dona  
per membra plebis suae relinquentes . sic transeamus  
hinc bonis operibus adornati ad caelum . et ad unam illius  
faciem sic omnem exornemus domum . id est uniuersam  
/152v/ pingamus dei aecclesiam . ut ille nos uidens uel de aeterni tremo  
re iudicii uel de futura d<sup>5</sup> beatitudine cogitantes . euange  
lica christi uoce ad se posse nos assumere dicens . Rogo  
pater . ut ubi ego sum . ibi sint et hi mecum . Obsecremus  
ergo fratres karissimi ut nos quandoque seculo transmigrantes .  
sic patronus noster promeritis refulgens in caelis . in sedem  
suam et in sinum suum uelut abraham peculiares secum  
accipiat . et in illa die in colomes oues suas . letus pas  
tor agnoscat . Haec nobis per merita istius sancti presta  
re dignetur saluator mundi qui uenit saluare nos .

Cui est honor et imperium et potestas una cum patre  
et spiritu sancto . per infinita secula seculorum . amen .

<sup>1</sup> OMELIA] altered by a later hand to OMELIA SANCTI AMBROSII

<sup>2</sup> successores] corr. from successoros

<sup>3</sup> die] corr. from diem

<sup>4</sup> crudilitas] corr. from crudulitas

<sup>5</sup> d] canceled by subpunction